UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Religionem destruunt tria, silicet nimietas praeceptorum, singularitas, & amor temporalium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Religionem deſtruunt tria.

PRimum eſt nimietas prçceptorum in clauſtris. De hoc argumentum habemus in prima religione, ſilicet in paradiſo terreſtri. Vbi tantum duo præcepta data ſunt, & tamen contrarium factum eſt. ſæpe enim accidit quòd prælati tot & tanta præcipientes ſubditis potius ſalutem impediant, quàm augeant. quot enim eis præcepta faciunt, tot laqueos eis imponunt. Vnde accidit, quod quando non ſtrangulat unus laqueus, ſtrangulat alius, & quem diabolus non capit uno, capit alio. Secũdum eſt ſingularitas; exemplum habemus de religione ſuperna, à qua lucifer propter hoc peccatum eiectus eſt. Sedebo (dicebat) in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis, &c. Alij miniſtrabant iuxta illud Danielis. Millia millium miniſtrabant ei, &c. Tertium eſt, amor temporalium. Exemplum habetur in actibus apoſtolorum de Anania, & Saphira eius uxore. Qui de abbatia & conuentu Petri, amore temporalium perierunt.

Iſa, 14.

Dan. 7.

Act, 5.